



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1460. usque ad annum 1478

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118332**

§. 163. Censuræ Theologicæ Facultatis Parisiensis

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66459](#)

Sæcul. XV.  
A.C. 1465.

§. CLXIII.

Censuræ Theologiæ Facultatis  
Parisiensis.

*Hoc anno Theologica Parisiensis Facultas tres propositiones quibusdam Deputatis maturo examine discutiendas tradidit. Has quidam Physices Auditor Parisiis in Vico stramineo propugnabat:*

*Argentre collectt. jud. tom. I. p. 255. est infinitas hominum, & hæc hominum infinitas non nisi eandem habet animam. Hanc Paris. tom 5. propositionem tanquam errorem in fide, p. 678.*

*Erant autem sequentes : I. Omnis homo*

*symbolo, sacris literis, & Ecclesiæ do-*

*cctrinæ contrariam, piis aures offendentem, & multis titulis scandalosam Do-*

*ctores damnarunt, simulque declararunt,*

*quod quicunque eam pertinaciter te-*

*neret, aut doceret, hæreticus censendus*

*esset. II. Nullus homo unquam corrumpe-*

*tur, quamvis nonnunquam corrumpi deberet.*

*Hanc denuo in fide erroneam, sacræ*

*Scripturæ, sensui communi, ac sanæ ra-*

*tioni oppositam prosciperunt, dixerunt-*

*que, eum tanquam hæreticum esse rej-*

*ciendum, qui eam cum pertinacia defen-*

*deret, aut doceret. III. Quælibet pars*

*hominis est homo. Hæc assertio falsa est,*

*scandalosa, a communi sacræ Scripturæ*

*loquendi modo aliena, & noxiorum er-*

*rorum induciva, ac proin nec tenenda,*

*nec*

nec tradenda. Postquam igitur has pro- Sacul. XV.  
positiones Facultas hac censura die duo- A.C. 1465.  
decimo Martii notaverat, ceteras quoque,  
quæ ad fidem non pertinent, Universita-  
tis judicio reliquit, ut easdem debitibus  
censuris perstringeret.

§. CLXIV.

*Beatus Andreas Chiensis a Turcis  
Martyrio affectus.*

Eodem hoc anno Turcæ longo, ac cru- Spond. hoc  
deli martyrio Beatum Andream ex In- anno num. 16  
sula Chio ortum peremerunt, ecquod ejus  
fidem atque constantiam promissionibus,  
minis & atrocissimis tormentis frustra  
tentatam expugnare non possent. Geor-  
gius Trapezuntinus, qui martyrium An-  
dreæ describendum suscepit, apud Su-  
rium ad diem vigesimam nonam Maji re- Surius ad  
diem 29.  
fert, quod sensim ferro singulis diebus a- Maji.  
liquæ carnis partes ex ejus corpore fue-  
rint decerpæ, ut poena quo diuturnior,  
eo severior esset, demum vero capite ob-  
truncatum obiisse idem testatur Maho-  
metes sumnam Andreæ in tormentis for-  
titudinem admiratus, corpus ejus ho-  
norifice sepeliri Christianis permisit, illud-  
que aliquot post annos humo effossum,  
sine ullius corruptionis vitio integrum  
repertum est.

§. CLXV.